Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31269
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

gratie vel beneficio et gratie concessa procedunt de discretione et maturo consilio
vitari. Sed quia difficile est ad plenum scire casus suum excessuum in quibus
sit ad sedem apostolicam sive ad generale capitulum recurrendum distincte precipimus
eisdem abbatibus ut casus in quibus absolvit vel dispensavit et causas sue
absolutionis vel dispensationis dispensatoribus ordinis si tamen de ea
casus dubitabiles fuerint in sequenti capitulo studeant fideliter intimare
ut per ipsum capitulum si forte iam exorbitatum fuerit ad correctionis
et rectitudinis lineam reducatur. Sed districtius et diligentius pro
viso ne quis suas per eum albim vel capitulum generale de ea albes absol
vere vel dispensare aliquo modo presumat. vel per hoc monachi ad suos
dyocesanos aliquem huius recursum. De privilegio super monialibus

cap. ix. Moniales ordinis nostri. ordinis. alexander. iiii.
.f. In regno sicilie constitutarum privilegium ordinis presente vestra
.g. Concedimus nobis ut possitis corrigere excessus monachorum et monialium
ordinis nostri quibuslibet in suo monasterio vel extra in illis ubi sunt prout
.h. competit de iure. Idem. Non liceat monialibus ordinis nostri quibuslibet
personis sive religiosis sive secularibus consentire nisi solummodo
.i. prius albis vel cui ipse in hoc commiserit vices suas. Idem. Non
teneantur incorporare ordini aliquas moniales per litteras apostolicas
non facientes plenam et expressam de verbo ad verbum et de toto
.k. tenore presentium mentionem. Idem. Licet nobis moniales
inobedientes et rebelles ab ordine separare et privilegiis ac in
.l. dulgentiis ordinis concessis omnino privare. Idem. Licet nobis
procedere contra conversos et capellanos monialium si apostataverint sicut
contra alios ordinis apostatas secundum statuta nostra et indulgentias